

ergo iuxta hoc opinio Bernardi procedere re...

10 Sed non obstat, inquam hæc, quoniam hic non agitur de infamia...

11 Quartum similiter non obest, quoniam procedit regulariter & generaliter...



SVM MARIVM.

- 1 Infamans alterum verbis maioribus, an teneatur...
2 Infamans alterum iniuste ad quid teneatur.
3 Fur pro primo furto debet condemnari formaliter...
4 Inimicus confessio in summano iudicio sumpta...

An reus iniurians alterum, teneatur se formaliter dedicere, vel sufficiat verba æquipollentia proferre.

QVÆSTIO CXXXVI.

VARO utiliter circa praxim nostræ regie, an reus in casu ipsius compellendus sit per sententiam formaliter dicere...

Et prima quidem fronte, hoc vltimum sufficere videbatur, quia non refert, quid ex æquipollentibus fiat...

Secundò ex l. quæ in hoc videtur expressa, tit. 18. paritæ secunda in versiculo, & la orra por homa del Rey...

Hinc est, vt fur, qui iuxta regias sanctiones venit condemnandus in septennis...

Hoc tamen non obstante contraria sententia est tenenda in praxi, imò quod non sit recedendum in hoc à forma verborum huius l. 1. ex sententia D. Thomæ...

Secundò ex altera partitarum lege, nempe 8. tit. 3. p. 7. ibi, deuse desdezir ante el Rey, è por Corte...

& condigna delicto, vt publicè, sicut publicè iniuriator dixit iniuriam, ita publicè confiteatur, se mendacium dixisse...

Ex quibus omnibus deducitur, non sufficere ad excusandam penam contradictionis publicæ, quod huiusmodi reus accusatus in confessione...

Praxi Criminali. Si tamen pro bono pacis extrajudicialiter, sed non coactus per sententiam, vel etiam iudicialiter, non tamen servata specifica forma nostræ legis...

na sit satisfactio recantatio iniuriatum, vt plerumque fit (intellige in illo regno) cum face ardentem manu comprehensa...

Si tamen pro bono pacis extrajudicialiter, sed non coactus per sententiam, vel etiam iudicialiter, non tamen servata specifica forma nostræ legis...

Si tamen pro bono pacis extrajudicialiter, sed non coactus per sententiam, vel etiam iudicialiter, non tamen servata specifica forma nostræ legis...

nignior, ac etiam rationabilior amplectenda erit secundum Farin. *vbi supra num. 12.* Quinimo ex confessione probatur aliquem esse infamem, vt in terminis voluit gloss. *in l. est possessor. §. fin. in verb. probatum esset. ff. de iur. iur.* quam sequitur plures allegans Farinac. *vbi supra n. 15.* *vbi num. 22.* quod ex sola probatione criminis, quis non dicitur infamis, nisi ad sit sententia vel confessio iuxta glossam & Doctores quos ibi refert, ex quibus satis comprobatur nostra praefata distinctio.

- 11 Nihilominus tamen re bene perspecta in specie de qua agimus, nempe in reo neganti se talia verba iniuriosa dixisse, vt etiam post sententiam in qua fuit condemnatus, vt sibi ipsi contradiceret, verius videtur & tenendum, vt possit abique infamia, alia verba satisfactoria communi concordia inter partes accepta proferre dummodo se non dedicat, sed vtatur verbis praed. nempe, *que le tiene por hombre honrado, y que no caben en el aquellas palabras, &c.* si quidem per praedictam sententiam, non mutatur qualitas praedict. verborum, satisfactoria conuenit inter partes, quae non est, vt sibi ipsi contradicat, *ni se desliga*, quinimod moderatus censetur per ea verba de communi consensu partium, rigor & natura contradictionis in praefata sententia contenta. Secundo quia tunc deum condemnatus pro ista iniuria verbali tam graui efficitur infamis, quando poena est exacta, vt voluit Auendañ. *in tractatu de iniur. num. 13.* quod patet, quia si pars in cuius fauorem lata est ista sententia, reo remittat ante executionem eam poenam, clarum est ipsum tunc non remanere infamem; siquidem ea infamia oritur ex ipso facto contradictionis hoc est *de desleuzze ante el Alcalde y hombres buenos, y no antes.* Tercio, quia quidquid sit de iure, de consuetudine tamen, vbi non est poena contradictionis, vel alia corporis afflictiva (intellige iam executam) non habetur pro infami condemnatus, nec vt talis reputatur, vt inquit Azeued. *hic num. 228.* neque interesse, *que el reo este condenado por semencia a desleuzze*, si haec poena non sit exacta, neque executam, per suprad. idem ego semper vidi in praxi, nempe vt indistincte non reputetur quis infamis, nisi solum quando recantaui palinodiam.

SVMMARIVM.

- 1 Antistes, vel alter egregiae existimationis, priuatum hominem infamans, an teneatur palinodiam recantare, & num. sequentibus. Et quid in foro conscientiae num. 2. Et an in pecunia saltem pro fama? num. 3. 4. 5. & 7.
- 6 Infamator, qui non potest famam restituere infamato, debet ei aliter compensare, idest in alio genere bonorum.
- 7 Idemque est si infamator propter suam dignitatem non teneatur famam restituere si est diues & infamatus pauper.

De Antistite, vel alio nobili vel illustri alterum infamante ad quid teneatur?

QUESTIO CXXXVII.

VARO modo, an Antistes, vel alter egregiae existimationis, veluti Illustris nobilis, vel alius grauissimus, qui alicuius priuati hominis famam maculauerit teneatur cum iactura suae famae illam rescere canendo palinodiam, aut dicendo, se falsum dixisse, vel quid simile.

Et profecto, quaestio haec quoad forum exterius iam supra decisa est, dum resoluimus cum magis recepta, & veriori sententia nostrorum, & l. hac nostra regia expresse approbat Nobilem minime teneri, necesse condemnandum hac in specie ad canendam palinodiam.

Quoad vero forum animae, & conscientiae dubium facit ex regula illa recepta, qua habet quod cum detrimento propriae famae, restituendam esse alienam laceratam, quae ab illo ablata: licet enim nostra propria, quam alienam accuratius debeamus prospicere, aut tamen vlli licet cum alterius iniuria, siue iactura sibi consulere, quamvis sibi nihil accreuerit, quia vt Aristoteles Ethicorum docet in huiusmodi iniuriis licet non proprium, tamen metaphorice est lucrum, nempe quo tuam explens voluntatem, alium decessit, ob idque proinde teneris restituere, aut si quod abstulisti, sibi esset appositum: simile videmus in aliis bonis temporalibus: nam si alienam domum, quis incendio absumperit, aut hominem coegerit suas merces in vendas iactare, licet nihil illi accreuerit, teneatur nihilominus ad restitutionem, ita Dominicus à Soto libro 4. de iustitia & iure in 22. diuus Thomas quaestione 66. articulo 2. *controuersiarum 13. supra prima conclusionem columna 667.* & Ludouic. Carbon. de restitutione, quaestione 18. in tertia conclusione & omnes tam Theologi, quam Canonistae & Legistae, vt vnanimis docent & profitentur, estque verissimum & nostra lege regia secunda, quoque optime probatum, quandoquidem praecipit, *que se desliga*, & tamen remanet ex hoc infamis, vt infra alia quaestione dicemus: habetque haec doctrina originem ab alia Diui Thomae communiter recepta, de qua diximus in prima quaestione supra hac lege secunda, nempe in 22. quaestione 62. articulo secundo ad secundum: ergo cum hac ita se habeant, & acceptio personarum in iudiciis non sit habenda, videtur dicendum, quod saltem in foro interiori, Antistes persona illustris, aut Nobilis, conspicuus homo, vel dignitate praecellens similiter hac lege quae veluti naturalis censeri valet teneatur, tamen in homine infimae fortis

tis peccauerit conuictis prolatis, cum hic respectiue habeat suam bonam famam: ergo restitutione eiusdem condigna, ei satisfaciendum est, & sic retractando idipsum, si falso infamauit, quia non dimittur peccatum, nisi restituatur ablatum, vt in regula iuris, & in canone si res 14 quaestione 6. & ita Sotum contrarium in terminis tenentem mordet Nauarr. hanc primam partem visus probare in manuali capite 18 num. 47. ad fin. ibi, *nec etiam iuxta Sotum*, dicit namque ibi Nauarr. dictum Soti contrarium, quod ibi refert, vt nouum, ita videtur datum in praxi deducit, nisi alia iuxta compensatio fieret, aut obtineretur condonatio, sed & alia fundamenta huius partis refert Salon *vbi supra controuersiarum 14. in principio, pag. 671. cum sequenti.*

3 Opinio est Syluestri in *summa*, verbo detractio, quaestione 4. & vt refertur, etiam Magistri Victoria, tenentis, vt sicut is, qui tenetur pecuniam restituere, nec potest, nec obligatur, vt quod non valet in pecunia, restituit in fama, ita nec, qui tenebatur restituere famam, & ex aliqua iusta causa ab eo excusatur (vt non specie praemissa) tenebatur restituere in pecunia: vnde iuxta hanc opinionem Episcopus, vel vir illustris, &c. nec tenetur in nostra specie ad satisfaciendum plebeio pecunia, aut alia via, qua & potest, vel non debet fieri restitutio famae, in eodem genere, cui sententiae subscribunt nonnulli receptiores, & probatur aliquibus modis, de quibus per Salon. *dict. controuers. 14. columna 672. cum sequenti*; estque probabilis, secundum ipsum ibidem *conclus. 2. col. 674. ad fin.* habet namque secundum ipsum auctores graues, & satis probabiles rationes, quibus innititur.

4 Nihilominus tamen verius, & tenendum est quod si huiusmodi Antistes, vel alter egregiae existimationis alterum priuatum hominem infimae fortis conuictis affecerit, vel infamator esset tantae dignitatis, vt inter opinionem, & famam ipsius, & famam infamati esset maxima distantia, & inaequalitas, non teneatur canere palinodiam dicendo se esse mentium, vel, quid simile, & ideo personae illustris esse pecunia, vel alia ratione famam alterius, quam laesi compensare arbitrio prudentis viri, neque ad aliud infamator tenebitur, etiam si alter noluerit praed. satisfactionem acceptare.

5 Primo; nam etiam in pecuniis si debeo decem, quae soluere non possum, nisi cum millium detrimento, differre possum profecto, solutionem, vel aliam viam indagare soluendi.

Secundo, quoniam restitutio fit ad constituendam aequalitatem: at Episcopum virum illustrem, cedere a sua bona opinione vt restituat famam plebeio, non esset aequalitas, sed potius inaequalitas ergo, &c.

Tercio, quia sicut infamator tenetur ad restituendam famam, ita qui opprobrio vel contumelia alterum affecerit, tenetur ad placandum illum perita venia ab eo si est vir illustris, non tenetur veniam petere a plebeio, nec praeratus a suo inferiore, etiam si in verbis modum excellerit, vt ait D. August. in sua regula, quem ad hoc refert Magister Salon. *vbi supra controuers. 13. versic. 2.* ergo nec vir grauis, quando ex restitutione famae plebei, incurteret maximum detrimentum suae opinionis, & famae, tenebitur ad illam restituendam cum tali damno, sed alia via commodiori.

Praxi Criminali.

Quarto ex doctrina D. Thomae *vbi supra te. 6* nentis aperte, quod si infamator non possit famam restituere infamato, debet ei aliter compensare, idest in alio genere bonorum: nec sunt audiendi qui sequuntur Nauarrum in *manuali capite 16. num. 90.* hunc locum D. Thomae ita interpretantur, vt sit restitutio facienda aliter & in alio genere bonorum non pro infamia, sed pro alio damno subsequuto in aliquibus bonis pecuniariis ex tali infamia. Haec namque explicatio nullo modo est admittenda, nec illam patiuntur verba D. Thomae, cum aperte loquatur de infamatore, qui non valet famam restituere secundum Salon *d. controuers. 14. versiculo colligitur hanc sententiam columna 673.* ergo idem constituendum est, quando infamator non tenetur famam restituere in eodem genere, vt in specie nostra quaestio nis.

Quinto facit, quia auctores contrariae partis fatentur in casu nostra quaestio nis, quod si infamator sit diues & potens, infamatus vero pauper debet confessarius admonere huiusmodi infamatorem, & eniti, vt infamiam illam compenset pecuniis, vel aliquo alio beneficio: sed communiter in hoc casu, infamator est diues & potens, quia supponimus, esse Antistitem, vel aliam virum illustrem, &c. infamatus vero pauper & egenus, vtote plebeius, ergo tenebitur huiusmodi infamator famam a se ablatam illi, quam non debet ob suam dignitatem restituere in eodem genere, compensare in pecuniis vel re simili.

Et ita in terminis hanc partem merito probauerunt Scotus in *quarto sententiarum distinctio ne 15. quaestione 4.* Adrianus in *suo quarto de restitutione fol. 95.* Soto lib. 4. de iustitia & iure quaestione 6. articulo 3. ad quartum, in *versiculo, hoc autem dubium*, & multi ex recentioribus interpretibus, D. Thomae & latissime Magister Salon. *dicta controuers. 13. in 1. conclusione & in probatione secunda partis eius*: sed latius iterum, *dict. controuers. 14. per totam*, vbi etiam ex professo probat & sequitur, & probabiliorum cum multo appellat, eiusque argumenta esse multum efficaciora, & respondet omnibus fundamentis primae & secundae sententiae: eandem sequitur Ludouicus Carb. *dicta quaestione 18. in 3. quaestione, versiculo limitas*, & Emanuel Rodriguez in *sua Summa 1. tom. capit. 233. numer. 3.* vbi citat eiusdem opinionis auctores, Cordub. lib. 1. *questionary quaestione 33. articulo 2.* & Mercad. de restitutione, capite 9. & 10. Cordub. in *summa, quaestione 17.* & ex nostris idem probat Auiles, in *proemia, circa praetorem numero 20. versic. & inueni*: vbi citat hoc tenentem, D. Petrum Lopez de Alcocer, quem appellat magnum litteratum & virum sanctimonia imbutum in suo foro, & dicentem quod in Cancellaria Regis inspecta persona & qualitate commutatur poena de se desleuzze, in relegationem per l. & si seniorior. *Cod. de his, qui notantur infam.* quod in Mobili probari potest ex nostra lege dum decidit, *que el byodalgo no sea condenado a que se desliga por ello.*



SVM MARI V M.

- 1 In iuriis verbis Cardinalem, qua pena puniatur, & numerus seqq.
- 2 Appellatione percussione non tantum comprehenditur ea, que facta sit, sed etiam ea, que verbis, sicutem ex lata significatione.
- 3 Leges penales scelera punientes censentur favorabiles & ideo extendenda.
- 4 Constitutio penalis licet respectu criminis vel iniuria odiosa sit, tamen respectu personarum, quibus fit iniuria, favorabilis est & extendenda.
- 5 Constitutio partim odiosa & partim favorabilis censeri omnino debet favorabilis si principaliter in favorem statuta sit. Et quomodo hoc intelligatur n. 7.
- 6 Reipublica interest ne delicta remaneant impunita, & hac ratione, leges penales sunt favorabiles, ideo extendenda.
- 7 Penalibus constitutio nunquam extenditur, nisi eadem ratio subsistat.
- 8 Iniuriis verba in Principem proferre non est crimen lese Maiestatis.

De conuitante verbis Cardinalem.

QVÆSTIO CXXXV.

VERO, denique, qua pena puniatur irrogans conuitium verbis Cardinali, & in hoc Ioann. de Anania in capite primo numero quinto de maledic. inquit huiusmodi conuitianem eisdem penis affici, quas Romanus Pontifex statuit in c. falicio, de penis in sexto contra insequentes, percipientes, aut capientes Cardinales & eius criminis socios quem sequitur Felin. in capite non dubium, de sententia excommunicationis.

2 Appellatione enim percussione, non tantum comprehenditur ea, que facta sit, sed & ea, que verbis, saltem ex lata significatione, secundum Bartol. in l. aut facta, in principio ff. de penis, Bernard. Diaz in practica crimin. capite 66. numero tertio, Plaça de delictis libro primo numero. 28. prædicta autem constitutio dicti capit. falicio, est favorabilis, & in honorem Romanæ Ecclesiæ, eiusque ministrorum sancita: ergo hæc latam significationem assumere potest.

3 Reipublicæ namque interest crimina puniri, ne remaneant impunita, l. i. ea vulnerarum, in primo respons. ff. ad l. Aquil. cap. vt fama de sententia excommunicationis.

Hinc dixit Bartolus in lege quemadmodum, numero quarto, Cod. de agricol. & censib. libro undecimo, leges penales scelera punientes favorabiles esse censendas, ac proinde debemus eas extendere, quem plures sequuntur, quos refert Hippolytus, in practica criminali. §. aggredior, numero 55. & in l. unica, Cod. de rap. virg. numero. 226. & Didacus Perez in rubrica tituli i. libro tertio ordenamenti, colom. 747. post medium & sequitur plures referens, Euerardus loco 35. à ratione l. larga folio 133. columna 1. versiculo undecimo, fallit, quando lex penalis, &

Becius consilio 71. numero quarto & favore publico iura sunt latissime interpretanda secundum Paul. Casti. in l. bona fides ff. de post. Abb. in cap. ex tenere, qui filij sine legit. quos refert & sequitur Aucendan. in tract. de iniur. num. 23. in versiculo 4. pro ista.

Sed his non obstantibus opinio prædicta 4 Anan. falsa est, & omnino non tenenda: quamuis verbum percutere, comprehendat verbalem iniuriam, non inde sequitur eadem pena puniendam esse iniuriam verbalem, qua corporalis & realis.

Denique licet qualibet constitutio penalis respectu ipsius criminis aut iniuriæ odiosa sit, & ideo restringenda, respectu vero personarum, quibus fit iniuria favorabilis est & ideo extendenda erit, vt colligitur ex verbis Baldi in l. illud columna 1. Codic. de sacrosanctis Ecclesiis, optima glossa in l. venia, verbo liberis ad fin. C. de iniur. vocando, vbi querens quare hæredibus extraneis patroni debentur reuerentia, vt ibi: sed extranei hæredes liberi eam non debent, vt in l. hæres, ff. de obsequ. libr. Respondet ex parte patroni est fauor, & ideo prorogandus, ex parte liberi est odium, & ideo restringendum, quam ibi Doctores communiter sequuntur teste Domino Covarruuias lib. 1. variarum resolutionum cap. 11. sub. numer. 5. vbi alios allegat & Plaça de delictis i. rom. cap. 1. num. 29. & Rojas in epitom. successio. cap. 3. numer. 24. cum sequentibus, non tamen ob id dicta constitutio ad verbalem iniuriam est protrahenda.

Nam licet constitutio partim odiosa, & partim favorabilis, censeri omnino debet favorabilis, si principaliter in favorem statuta sit, iuxta gloss. Dominic. & Franc. in cap. statum de prob. in 6. gloss. & Dominic. in cap. sciam cuncti verbo alios de electione in 6. Felinus in cap. non dubium, & in cap. 1. num. 14. de sponsalibus cum similibus, attamen præterquam quod glossa in dicto capite statum, hoc rectè non probat, cum fateatur illius cap. dispositionem favorabilem tantum esse: licet verum sit, intelligendum tamen est, quoties odium à favore distingui non potest: si odium & fauor distingui commodè queant (vt in proposito) fauor vt fauor, odium vt odium consideranda & ad sumenda sunt iuxta gloss. in d. l. venia: & Covarruuias vbi supra in versio solet enim.

Neque obstat, quod Reipublicæ interest ne delicta remaneant impunita & hac ratione leges penales esse favorabiles censendas: ac proinde extendendas iuxta doctrinam Bartoli vbi supra, id namque verum est ad eum effectum, ne delicta remaneant impunita, & vbi non satis punirentur, nisi penales constitutiones latiori quodammodo interpretarentur: alioqui benignam atque strictam harum legum interpretationem sequi teneremur, quando ex hoc delictum nihilominus sat puniri potest, ne penarum acerbitas angeatur, quod probatur ex l. si preses, & in l. in interpretatione ff. de penis, & tenet Bartol. in leg. prima §. exercitum, ff. de infamibus, Decius in leg. 2. numer. 109. ff. de regulis iuris & in l. factum, §. in penalibus, ff. eodem, Curtius lunior in lege bona fides numero 13. ff. de post. quos refert & sequitur Didac. Covarruuias, vbi supra versic. deinde.

Vbi addit, quod penalis constitutio nunquam extenditur ex lata verborum significatione,

iones quorundam modernorum in hoc.
 14 Procurator pro reo carcerato, quando admittatur, & quando non, cum num. seqq.

De praxi procedendi contra reum ob conuitia grauiora, de quibus in lege regia.

QVÆSTIO CXXXIX.

VERO quæ sit praxis, & ordo procedendi contra conuitiantes verbis, de quibus in nostra l. respondeo, pars offensa suam querelam portigit coram iudice competente accusans reum offensorem, præmissis iuris solemnibus in qua narrat factum, & petit eum condemnari maioribus, & grauioribus penis, à iure, foto, & legibus huius Regni contra similes perpetratores statutus, & præcipi, vt condemnetur, à que se desidia delante del juez y hombres buenos, y diga que mintio en ello, y en las damas penas en que incurrio para que a el sea castigo, y a otros exemplo: Requiritque iudicem, que se tenga preso con prisiones y a buen recado para que en su persona y bienes se executen las dichas penas, & proteltatur contra iudicem, si aliter fiat: qui statum præcipit, que se de informacion, y que estã preso de hazer justicia, quia informatione testium data capitur reus, & in vnculis in carcerem conicitur.

Itaque iudicium hoc est criminale duplici ratione 1. quia medietas penæ pecuniariæ de los sueldos applicatur fisco Regio, quo casu iudicium est criminale, iuxta glossam ordinariam, & communiter approbatam in l. 3. verbo, centum aureum, ff. de sepul. hro violat. & ibi Bartol. num. 1. & 2. vbi allegat alias glossas, & allicit hanc esse veritatem, & quod tam tenent omnes: idem Bartol. in l. licitatio, §. quod illicite, in principio ff. de public. & veltigal. & in l. fin. ff. de priuar. delict. & in l. 1. num. 2. C. quando civil. actio, criminali. præiud. & hæc est verissima, & communis opinio, vt affirmat Mutant. de ordin. iudicio 4. parte principalis i. distincione num. 2. qui num. 1. inquit Abbatem aliter distinguentem in rubrica de iud. colom. fin. num. 5. communiter reprobat: eandem sententiam priorem dicit communem Ias. in rubrica num. 2. Cod. de iud. & Felinus in rubrica de iudic. num. 3. & ibi Decius col. penultim. & in 2. lectione num. 7. melius ibi Ripa num. 92. dicit communem allegans plura Gomez, in princip. n. 18. Inst. de action. Didacus Perez, in rubrica tit. lib. 3. ordinamenti, col. 749. & opinio illius glossæ est recepta, tam à Legibus, quam à Canonibus secundum Ioann. Croc. in l. 1. num. 29. ff. de legibus, & in l. si quis id quod num. 16. ff. de iurisdict. vbi num. 17. inquit in id omnes conuenire, vt mixta causa dicatur, quoties penam fisco, & parti applicatur, & opinionem illius glossæ plures allegans sequitur & dicit communem Menes. in l. transgigere num. 106. Cod. de transgig. eandem sequitur & dicit communem Aucendan. cap. 4. prat. num. 29. versiculo, si vero in 1. parte, & nos lib. 1. practic. quest. 107. num. 10. tamen idem Aucendan. in reportor. seu lection. legum regni, in verbo criminali. aliud censent iure nostro Regio, nempe non sufficere hodie, quod quis condemnatur pecuniaria fisco applicata ad hoc, vt causa illa dicatur criminalis, nisi habeat qualitates.

atione, nisi eadem ratio subsit iuxta resolutionem Dominici & Franc. in cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6. Bartol. & communiter Doctores, quos ibi refert, vt de penalis constitutio, ex iniuria, quæ facta fuerit irrogata, vt in dicto cap. falicio, ad eam, quæ verbis fit, non erit extendenda, tamen si lata verbotum significatio id suadere videatur, non enim est tanti præiudicii conuitium quantum percussio, si publicam utilitatem, dispendium vè consideramus.

10 Tandem textus in dicto capite, falicio probat delinquentem factum in Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sicut reum criminis lese Maiestatis, perpetuo esse infamem: ac non est crimen lese Maiestatis verba iniuriola in Principem proferre Aymon Crabeta consil. 6. colom. 1. Plaça vbi supra, dicto cap. 1. num. 28. versiculo, ex quo omnino diueria liquidem hæc sunt & ita diuersi titulus à Iustiniano Imperatore explicatur, nempe titulus. Cod. ad l. Iul. Maiest. & titulus. Cod. si quis Imperatori maledixit quo quidem argumento, Doctores sæpe vt solent, vt per Oldrad. consil. 210. columna 1. Abb. consil. 57. columna 3. lib. 1. Hieronym. Gigas in tractatu de crimin. lese Maiestate quest. 4. pag. 28. Didacus Perez in leg. 3. tit. 8. lib. 3. ordin. in gloss. tales casus.

Quare iustissime contra Ioann. de Anania opinionem supra in principio questionis relati tenerent, & probat Bernard. Diaz de Lugo, in practica criminali. Canonica capite 66. secundum nouam impressionem & latissime insignis Covarruuias lib. 1. variarum resolutionum capite 11. numer. 5. per totum Petrus Plaça vbi supra, num. 28. & 29. & Ignat. Salzedo ab Bernard. Diaz vbi supra, littera A. ex quibus remanet satisfactum fundamentis contrariis, & ita est intepide tenendum.

11 Punitur igitur grauissime, verbo conuitians Cardinalem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, iuxta grauitatem & celsitudinem iniuriæ, & qualiter iniuriæ arbitrio prudentis iudicis, non tamen penæ dicti capituli falicio per prædicta, salua in omnibus autoritate iudicioque summi Pontificis.



SVM MARI V M.

- 1 Praxis procedendi contra conuitiantes verbis & numeris sequentibus, & hoc iudicium est criminale, num. 2.
- 2 Canere palinodiam est pena corporalis causans infamiam, similiter illatio magni ruboris, numer. 4.
- 3 Pena contradiçtionis (hoc est delictum) debet esse publica.
- 4 Pena iuris, fuitium, vel alia corporalis, infamata quando non ultra legem imposta est, secus alia.
- 5 L. 6. ad fin. tit. 6. p. 7. intellectus & concordia cum l. 8. tit. 3. part. 7. & n. 8.
- 6 Captus seu incarceratus pro conuitio quod mereatur penam canendi palinodiam, non debet sub fide in sorsibus relaxari.
- 7 Restituenti famam à se iniuriato pro bono pacis verbis equipollentibus extra iudicium an sit infamis?
- 8 Conuitiator condemnatur per sententiam vt palinodiam canat, si hoc recuset adimplere, & contumax permaneat, quid tunc sit faciendum? num. sequentibus improbatum asser-

